Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ioculatoribus dari a sueta. Ipse pauperibus elar
giri mandauit. Ungaris et Boemis adhuc
non plene edomitis omnino superatis et ad plenum
iugo fidei omnibus illic barbaris nationibus
subiectis. Ad synodum venit in Constantiam ubi
debita cunctis dimisit destructis et undique
discordiis omnibus et inimicitiis inter nobi
les et ignobiles ubique in regno pacem confirma
uit actenus inaudita. Deinde agnem pricta
ui principis filiam in Egelinhaim regalibus
nuptiis sibi copulauit ubi infinitam ioculatorum
~~hystrionibus siue vagis. Eo tempore~~
~~inuentum est Rome~~ multitudinem sine cibo
ac potu et muneribus depulit vacuam et
merentem. Et loco illorum misit undique cum
litteris suis magnatibus pauperes et amore dei
et sui reuerentia singuli darent pauperibus
munera que in nuptiis dare solebant. Ioculatoribus
hystrionibus siue vagis. Eo tempore
inuentum est Rome. Corpus unius gigantis
incorruptum altius multo ipsius ciuitatis turribus
atque edificiis muratis cum tali epitaphio
versuum filius euandri pallas quem lance tur
ini. Militis occidit morte sua iacet hic.
Lucerna ardens erat ad caput eius que nec
liquere nec fletu poterat extingui donec subter
flamam foramine cum acu facto aer immissus
fuit. Vultus autem palladis gigantis illius erat
quatuor pedum et dimidii. Qui post euersionem
Troye occisus Rome iacuerat. ibi per annos

Nota de gigante